II. POLA (p. 3).

Polenses inscriptiones recens repertas multas et egregias mecum communicaverunt alias Thomas LUCIANI, alias Henricus MAJONICA, publici autem iuris nuper fecit Carolus GREGORUTTI Tergestinus in commentario *la fullonica di Pola ed iscrizioni inedite Polesine* inserto ephemeridis Tergestinae (*Archeografo Triestino*, *nuova serie*) vol. 4 (1876) p. 97—118. Repetivi etiam fragmenta minuta et plane inutilia ea scilicet quae repperi edita a Gregoruttio, aliis compluribus quae in schedis meis sunt similis naturae suppressis.

De nomine coloniae vide quae adnotavimus cum ad n. 8139, per quam innotuit plenum nomen *colonia Iulia Pola Pollentia* (unde liberti coloniae appellantur Pollentii) *Herculanea*, tum ad n. 8184, in quo titulo omnium Histricorum antiquissimo cives appellantur non Polenses, sed ut apud Stephanum *Polates*.

ad n. 32. Vere Polensem esse origine comperi ex epistula Ioh. Matth. Madrucci ex Buje d. 7. Iul. 1676 scripta ad Sert. Ursatum, cuius inter schedas servatur Patavii. Ibi enim huic titulo sic praescribitur: '*sopra un' arca di pietra bianca portata dalla città di Pola in Capodistria per un artiggiano, che l'ha comprata et se ne serve per tener oglio*'. Habet eandem Petronius (ms. Gravis.) collocans Capodistriae *nella casa di Giacomo Cesaro habitante nella contrada di Ponte piccolo.* — V. 1 RASPAR A NO Madr., Petron. ut Scussa.

---

ad n. 35. 'Nunc Venetiis in domo Grimani patriarchae Aquileiensis' ad Manutii orthographiae exemplum tum suum, hodie bibliothecae Silvestrianae Rovigensis, adscripsit Paulus Ramusius. — Post hanc Valvasonius f. 81 sic pergit: 'in episcopatu.

SEX PALPELLIO · P · F · VT HABETVR
IN BONA FORMA'

Praeterea ferialis Latini nuper reperta particula (*bull. dell' inst.* 1870 p. 134) docemur Sex. Palpellium Histrum fasces tenuisse secundo semestri a. 43.

---

ad n. 41. Catai in museo Obizziano descripsi sic:

D I S · M Á N I B VS
E V P H É M I · A V G
LIB · TABVLARI
HARMONIA · ET · GYMNAS
FILIÁE · PIISSIMO · PATRI
FLÁVIA · PRIMA · CONIVGI
FIDO · ET . SIGI

VIVÁE · FECÉRVNT
et · IANVARIO · AVG · LIB
*t*ABVLARIO · A PATRIMONIO

---

ad n. 42. Hodie Polae in museo. Recte edita est.

---

ad n. 44. Fortasse eidem posita, cuius est n. 8142, indeque emendanda.

---

ad n. 53. Postea repperi ego quoque inter Bresciani Cremonensia cod. ms. p. 375; quem Brescianium supra p. 413 demonstravi alia quoque complura fraude innovasse.

---

ad n. 67. Venetiis descriptam partem superiorem (v. 1. 2. 3) repperi in cod. Lugdunensi XXIV Papenbr. 14, mediam (v. 5—10) inter Muratoriana.

---

ad n. 80. Gregoruttius *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 116 sic dat auctam:

IIIII · VIR · AVG

---

ad n. 82. Venetiis in porticu Zannetti descripsit a. 1787 Guarnierius, addens: *disse il sartore, che era venuta o da Corfù o da Costantinopoli.* V. 3 legit FVL o. Ex Polcastro titulum repetiit Orellius 1204.

---

ad n. 86, 34. Gregoruttius *Archeogr. Triestino* N. S. 4, 112 dat sic:

SC
S · T · IPÆ C

---

ad n. 86, 95. Majonica confirmat in laterculo *a* legi titulum n. 15 sic L C F.

---

ad n. 122. Pleniorem ed. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 111:

D · /
AVRELIVS · E / / / /
VIVVS · SIBI · POS

---

ad n. 179. Valvasonius f. 82 in Polensibus totus pendens ex Sanuto v. 1. 2 primum omisit, deinde adiecit L · M | D · IVLI, ut habet Apianus.

---

ad n. 184. Eandem dedit Seraschinius Kandlero, addens '*tratta da terra al ponte piccolo*', descripsitque in hortis Fragiacomo Majonica sic melius Gregoruttio:

*l*AECANIA*e*
PHRONOE
LAECANIA · CLEMENT*ia*
MATER · FEC

---

ad n. 258. Hodie Dignani in aedibus olim Frank, nunc Volpi, ubi vidit Lucianius, qui 2 VICVRIE, 4 IV ICSETTIDIVS SECVR · D · M, unde scr. IVGI · C · SETTIDIVS.

---

ad n. 286. Epistylii eiusdem fragmentum credit Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 118 hoc repertum *nel fondo dell' arsenale.*

ET o X

8131 Polae *alla Riva della Sanità* rep. in castris condendis, est *im K. K. Munitionshof.*

i O M
PAPIRIVS
NERONI
C V S
V · S · L
CON · SV
IS

Majonica descripsit. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 106.
7 S pro IS Greg.

8132 Polae rep. in fullonica intus in diaeta quadam, quae aliquando vestibuli loco fuit; hodie Tergeste in museo.

D M

Recognovi. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 98 (cf. p. 100 et formam adiectam).
D(eo) M(ithrae).

8133 Polae rep. 18 Mart. 1876 ubi angulum faciunt via circumvallationis et campus Martius, iam in museo.

NEBRIBVS
TERTIA · AVG
PRO BARBAR

Majonica descripsit (ab eo Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 5, 108).
Bacchantium numina nescio quae videntur intellegi.